LITURGIA HORARUM
Feria VI ad Sextam

Cinquième colloque annuel de l'Institut grégorien du Canada
Fifth Annual Colloquium of the Gregorian Institute of Canada
Chicoutimi, Québec, du 12 au 15 août 2010
Chicoutimi, Québec, August 12th to 15th, 2010

Verset d'introduction

✠



Hymnus



[2] Exstíngue flammas lítium,
aufer calórem nóxium,
confer salútem córporum
verámque pacem córdium.

[3] Praesta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
cum Spíritu Paráclito
regnans per omne sæculum.

In feriali Officio per annum *Ps 122, 1. 3*



TONUS VIII



Psalmus 122

*A*d *te* levávi óculos **me**os, *
qui hábi*tas in* **cæ**lis.
Ecce sicut óculi servórum ad manus dominórum su**ó**rum, *
sicut óculi ancíllæ ad manus dó*minæ* **su**æ,
Miserére nostri, Dómine, miserére **nos**tri, *
quia multum repléti sumus des*pecti***ó**ne;
ita óculi nostri ad Dóminum Deum **nos**trum, *
donec misere*átur* **nos**tri.
quia multum repléta est ánima **nos**tra *
derisióne abundántium et despectióne *super***bó**rum.
Glória Patri, et **Fí**lio, *
et Spirí*tui* **Sanc**to.
Sicut erat in princípio, et nunc et **sem**per *
et in sæcula sæcu*lórum*. **A**men.

Psalmus 123

Nisi quia Dóminus erat in nobis, dicat nunc **Is**rael, †
nisi quia Dóminus erat in **no**bis, *
cum exsúrgerent hó*mines* **in** nos:
forte vivos deglu**tís**sent nos, *
cum irascerétur furor e*órum* **in** nos.
Fórsitan aqua absorbu**í**sset nos, †
torrens pertransísset ánimam **nos**tram *
fórsitan pertransíssent ánimam nostram aquæ in*tumes***cén**tes.
Benedíctus **Dó**minus; *
qui non dedit nos in direptiónem dénti*bus e***ó**rum.
Anima nostra sicut passer e**rép**ta est *
de láque*o ve***nán**tium:
láqueus con**trí**tus est, *
et nos e*répti* **su**mus.

Adiutórium nostrum in nómine **Dó**mini, *
qui fecit cæ*lum et* **ter**ram.
Glória Patri, et **Fí**lio, *
et Spirí*tui* **Sanc**to.
Sicut erat in princípio, et nunc et **sem**per *
et in sæcula sæcu*lórum*. **A**men.

Psalmus 124

Qui confídunt in Dómino sicut mons **Si**on: *
non commovébitur, in æ*térnum* **ma**net.
Ierúsalem, montes in circúitu **e**ius, †
et Dóminus in circúitu pópuli **su**i *
ex hoc nunc et us*que in* **sæ**culum.
Quia non requiéscet virga iniquitátis super sortem ius**tó**rum, *
ut non exténdant iusti ad iniquitátem *manus* **su**as.
Bénefac, Dómine, **bo**nis *
et *rectis* **cor**de.
Declinántes autem per vias **pra**vas †
addúcet Dóminus cum operántibus iniqui**tá**tem. *
Pax *super* **Is**rael!
Glória Patri, et **Fí**lio, *
et Spirí*tui* **Sanc**to.
Sicut erat in princípio, et nunc et **sem**per *
et in sæcula sæcu*lórum*. **A**men.

Lectio brevis *(Rom 3, 21-22a)*

Tonus



Nunc sine lege iustítia Dei manifes**tá**ta est, † testificáta a Lege et Prophétis, iustítia autem Dei per fidem *Iesu* **Chri**sti, * in omnes qui **cre**dunt.

V/. Iustítiæ Dómini rectæ, lætificántes **cor**da.
R/. Præcéptum Dómini lúcidum, illúminans **ó**culos.

Supplicatio Litaniæ et Oratio Dominica.



K Y-ri- e e-lé- i-son. ℟. Christe e-lé- i-son.

Ký-ri- e e-lé- i-son.



P A-ter noster *secreto usque ad*

℣. Et ne nòs indú-cas in tenta-ti- ó-nem.



℟. Sed lí-be-ra nos a ma-lo.

Oratio conclusiva

Tonus



Oremus.

Dómine Iesu Christe, qui hora sexta, univérso mundo in ténebris consti**tú**to, † pro redemptióne nostra crucis lignum ínnocens ascendísti, illam nobis lucem sem*per con***cé**de, * per quam ad ætérnam vitam perveníre mere**á**mur. Qui vivis et regnas in sæcula sæcu**ló**rum.

R/. Amen.



℣. Be-ne-di-cámus Dómi-no. ℟. De- o grá-ti- as.

V/. Dívinum auxílium máneat semper nobíscum.
R/. Et cum frátribus nostris abséntibus. Amen.

V/. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.
R/. Amen.